

Sodomę omni cum sua copiosa substantia è manibus inimicorũ liberasset, animo tamen erat dispositus, nihil ab eo acciperet: A filo subregminis usque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus que tua sunt, Genes. 14. n. 23. Tantus animus plenus beneficiendi, & vacuus ab omni lucro multum impingatur & Deus etiam multis recolitur, qui talem dedit servum, qui solum ab ipso dona expectat. D. Chryso. homil. 35. in genes. sic in persona Abrahami ait: Habeo Deum, qui innumera mihi suppeditat bona, superno innotuit auxilio, non opus mihi divitiis tuis.

Gen. 14.

D. Chry. 35.

17.

Valde sublimis quod exteriùs appareat humanam, interius divinum.

18.

Tertio expendit modum loquendi, non inquit in deorum specie, ac forma venerunt homines ad nos, quod magis videbatur conducere ad laudem sed dicunt: Dii in forma, ac specie hominum venerunt ad nos, multum proficit ad magna perpetranda, quod exteriùs quid humanam, ac terrenum appareat, interius vero divina Virtus lateat, exteriùs obijciatur vilitas, ac fragilitas humanæ naturæ, interius vero sit abscondita sublimitas divinæ Virtutis, & recte dicitur: Descenderunt ad nos non inquit, venerunt, accesserunt, sed multa humilitate descendebant, & interius ascendebant ad deũ ut multa mirabilia operarentur.

Loquens D. Joannes de Christo D. in ultima Cœna cap. 13. n. 3. ait: Sciens Jesus, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiit, & ad Deum vadit. Modo tam ampla & summa potestas publicatur de Christo, quod omnia dedit ei Pater in manus quando dicitur de eo, quod à Deo exiit ubi non est sermo de exitu per generationem æternam, qua ut deus procedit, lumine de lumine, sed agit de exitu materno corporali, qua ut homo in humilitate nostræ naturæ apparuit, ut optime notavit S. Eligius homil. 4. in Cœna Domini, & ait: Sciens, quia à Deo exiit per humilitatem Incarnationis. Cum oculis obijciatur fragilitas nostræ humanitatis, tunc illustrissime resplendet fulgor supremæ Divinitatis: Dedit ei omnia Pater in manus. Vide supra cap. 10. q. 23. n. 179. 180.

QUÆSTIO. III.

Quare isti Gentiles Barnabam Jovem appellant?

19. Difficultas quæstionis.

Syriac.

20. Lyran. Senectus n. signam reconciliat auctoritatem.

Luc 7. Dan. 7.

21. Niceph. D. Chry. 35.

Plal. 32.

Paulus dignitate, & excellentia major Barnaba, tamen isti gentiles majorem ei dignitatem attribuunt cum Jovem appellant, cum apud ipsos gentiles Jupiter fuerit supremus Deus, ac pater Deorum, & ideo ubi nostra vulgata habet: Vocabant Barnabam Jovem. Syriacis legit: Vocabant Barnabam Dominum Dominorum.

Respondet primo Lyranus, quia Barnabas senior & canities maxime veneranda est, & multã auctoritatem apud omnes reconciliat. Centurio mittens ad Christum deprecatorum pro salute pueri scribit D. Lucas. 7. n. 3. Misit ad eos Seniores Judæorum rogans eum. D. Bonaventura: Seniores utpote atate maxime reverendos, ac venerandos. Hinc Daniel 7. n. 9. describens summam Dei majestatem, ait: Antiquus dierum sedet, & capillus capitis ejus, quasi lana munda.

Secundo; quia, ut scribit Niceph. lib. 2. cap. 37. D. Paulus erat parvo, contracto, debili ac incurvo corpore, unde de eo ait Chryso. Tricubitalis est, & caelos transcendit, ac vero Barnabas, ut ait D. Chryso. in presenti, erat vultu pulcher, elegans & juvenili aspectu decorus. Ait David Psal. 92. n. 1. Dominus regnavit, decorem indutus est. In supremo

Principe regnatio primo, ac ante omnia specie exornatur, quia, ut ait Latinus Dacratius in Panegyric. ad Theodosium post ejus formam commendatam, sic ait: Virtus tua meruit imperium, se à virtuti addidit forma suffragium. Illa præstitit, ut oporteret te Principem, hæc ut deceret. Expende illud, quod virtuti dat forma suffragium ad cultum, venerationem, ac imperium.

Elegans forma digna imperio Dacrat.

22.

Dignitatis est loqui per internum.

23.

Magnitudo magis ostenditur silentio, quam verbis.

Math. 27.

D. Ambros.

24.

Quilibet maxime tenetur ad suam gentem.

Luc. 19.

Euseb.

25.

Beneficia magis attrahunt quam verba.

Tertio: Nonnulli existimant, quia Barnabas multa auctoritate, ac gravitate fiebat, & munus prædicandi, ac verba faciendi committebat, sicut Jupiter, qui fabulabatur Deus, Mercurio tamquam suo præconio, ac internuntio utebatur. Unde nonnulli existimant Jovem ab Hebræo Jehova, & per Crasim. Jova derivari, qui per Moysen, & Prophetas Deus est locutus, magnæ dignitatis est non per se immediatè loqui, sed per internuntium, & interpretem. Creatur Moyses Deus Pharaonis, & dicitur ei: Constitui te Deum Pharaonis, Exod. 7. n. 1. & inde subjungitur: Tu loqueris ei omnia, quæ mando tibi, & ille loquetur ad Pharaonem, & dimittit filios Israel, pro tâta dignitate Moyses datur ei internuntius.

Quarto: Paulus ut Doctor Gentium multum prædicabat, & ut apostolus multa mirabilia operabatur, Barnabas ut apostolus multa edebat miracula, tamen parvus erat in sermone totum committens Paulo. Amplitudo, & largitas in operibus, contractio, ac brevis in sermone maxime animos attrahit, magnitudinem, & celsitudinem ostendit. Stabat meus Jesus cum accusaretur à Principibus Sacerdotum, & Senioribus, nihil respondit; Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta adversus te dicant testimonia; & non respondit ei verbum, ita ut miraretur præses vehementer, Matth. 27. n. 13. Cur Domine non respondes, sed taces? Ut sic magis suas divinas Virtutes, suamque magnitudinem, ac celsitudinem ostenderet. D. Ambros. l. 10. in Lucam de hoc silentio ait: Illud tamen præstans antistitum, quod maluit: Regem se probare, quam dicere: fugit verba, abstulit à voce, ut inde magis regalem sui animi magnitudinem ostenderet.

Quinto: Barnabas cum esset genere Cyprius, ut dicitur Act. 4. n. 36. fuerat enim natus, & educatus in Cipro insula, & ideo à multis tamquam Gentilis, ac ex gentibus reputabatur, & ideo homines istius Civitatis Gentiles, Barnabam tamquam ex sua gente, ac natione volentes honorare, tribuunt ei maiorem honorem, ac divinitatem; maximo amore unusquisque tenetur ad suum populum, ac gentem. Ingressus est Jesus magno, pomposoque triumpho Jerusalem, viâ sternuntur ramis palmarum, olivarum, ac etiam hominum vestimentis, voces resonant per aëra: Os omnia, Benedictus, qui venit in nomine Domini, & inter hæc cum appropinquaret Jesus Jerusalem, videns Civitatem stetit super illam. Luc. 19. n. 41. Cur Domine in tam festivo die, inter tam plausibiles acclamationes lachrymas profundas; quid tanta solemnitas cum copia lachrymarum? Eusebius Emisenus in propria homilia. Ego steto, quia omnia video. Videbat devastationem Civitatis, quod inimici ejus non relicturi essent in te lapidem super lapidem; tam ardentem amore erga suos patricos, ac concives flagrabat, ut nulla pomposa majestas considerata eorum ruina potuerit ejus lacrymas cohibere, quin in magnos fletus prorumperet c. 3. q. 2. n. 124. 128.

Sexto: Barnabæ tribuitur divinitas, quæ multo major est, quàm quæ deferretur Paulo, cum iste sit excellentior donis, ac prærogativis. Barnabas erat valde liberalis, beneficus, ac benignus, sicut Jupiter, qui à juvando tale nomen habet, & eminentior auctoritas,

auctoritas, & vehementis animi attrahuntur, ac reconciliantur largitione donorum, quam copia, ac facundia verborum, magis devincitur animus donis, quàm fandi eloquentia.

26.

Gen. 27.

Plus creditur danti, quàm loquentibus.

27.

Gen. 24.

Gratiosa sunt dona, quam verba.

Thon. Angl.

Cum Jacob intenderet furto præripere benedictionem fratris sui majoris Esau, qui frater valde pilosus erat; Jacob multum lenis, & cum se præferret Patri suo Isaac, ne fortè ex tactu ipsum cognosceret, pelliculis hædorum manus circumdedit, & accedens ad Patrem offert pulmentum ad comedendum dicens: Pater mi, comede de venatione. Sanctus senex valde dubius, quod ille esset filius suus primogenitus Esau, nam ex voce deprehendebat Jacob, & in tanta perplexitate ait illi Isaac: Accede ad me, ut tangam te fili mi, & probem utrum tu sis filius meus Esau, & eo palpato dixit bonus senex: Pax quædã in vox Jacob est, sed manus, manus sunt Esau, Genes. 27. n. 2. Et hausto pulmento benedixit ei. Cur Pater in tanta rerum ambiguitate magis credit manibus, ut reputaret Esau, quam voci, quæ indicabat eum Jacob? De quo multas rationes assignant Sancti Patres Chryso. August. Bernard. Dicam tamen: Manibus dabatur, & offerebant, vox vero Jacobi utpote Sancti viri verum resonabat, ac Sanctum eloquium Dei sonabat, & magis creditur, ac major fides adhibetur manibus, et si scitatis dantibus, quam voci verum eloquium Dei resonanti.

Cum ille antiquior servus domus Abrahamæ profectus esset in Mesopotamiam ad querendam uxorem filio Domini sui Isaac, & expostulato signo à Deo invenisset Rebeccam, quæ non solum dedit ei aquam ad bibendum, sed etiam suis famulis, ac camelis absque ulla mora, Protulit vir inanes aureas, appendentes siclos duos, & armillas vestidem, pondus scilicet de eum. Genes. 24. n. 22. Valde mirum quod tam cito se habeat homo in donis tanti valoris exhibendis, cur non prius cum illa habet quædam urbanitatis verba gratulans illi tantam liberalitatem, quod non solum ipsi, sed suis camelis adaquaverit, cur non querit ab illa cujus familiæ esset, & quorum patrum filia foret, sed omnibus his omisit statim manus ejus muneribus adimplet? Thomas Anglicus: Ut gratior esset puella; dicam tibi munera superflua sunt verba, & parum proficiunt, magis donis, quàm verbis gratulabatur puella.

QUÆSTIO IV.

Quare D. Paulus dicitur, & appellatus est Mercurius?

28.

Syriac. Athiop.

29.

2. Cor. 11.

D. Hier. Imperitus sermone prophano.

Mercurius apud antiquos putabatur Deus eloquentiæ, & putabatur Deorum interpres, ac nuntius, & ex inde à Græco idiomate nomen habet; vocabant Paulum Mercurium Syriacis, Quippe qui inciperet sermonem. Athiop. Quod esset moderator sermonis.

Paulus erat sapientissimus, ac eloquentissimus, cum autem ipse 2. Cor. 11. n. 6. ait de se, Nam est imperitus sermone, sed non scientia cum se dicit imperitum sermone, explicat. D. Hieron. in epistol. ad Galgiam q. 10. Caietan. in aliquo sermone ergo cum in vernacula lingua, ut pote Hebræa esset peritissimus, ut ait idem Hieronymus de Scripioribus Ecclesiasticis, dicendum existimo, ut videtur innuere n. Aug. lib. de Magistro cap. 5. se dicit imperitum sermone, nempe eloquentia profana, ac compositis, & calamistratis verbis veluti chitico sermone, tamen erat scientia, & sapientia eminentissimus.

Dicitur Paulus Mercurius, quia erat veluti interpres Barnabæ, & quæ doctrina erat in animo Barnabæ, ipse tamquam dux verbi prædicabat, & dicebat Secundo; quia multa sapientia, qua repletus erat foris eam publicabat, ac manifestabat. Tertio, quia sicut Gentiles fabulantur, quod Mercurius, quæ audiebat à Diis in Cælo, hominibus manifestabat, sic & Paulus raptus in Cælum multa mirabilia, quæ ibi vidit, & audivit nobis manifestavit in terris.

30.

Paulus mirabilia cæli nobis manifesta vit.

31.

Paulus suis verbis omnia trahebat, ad se.

32.

Isai. 16. Sapienter ut Principes venerabatur.

33.

Decor Regis esse cum sapientibus. Lubas Vellozo.

34.

Dan. 4.

Sapientes tanquam divinum Numen venerabantur. Pclustora.

Justinus.

Quarto Mercurius depingebatur cum caduceo duobus draconibus implicatis tamquam signum pacis, quam Paulus sua doctrina plantavit in mundo inter deum, & homines. Quinto; quia Mercurius sua eloquentia, ac efficacia omnia trahebat ad se ac vincebat, sic & Paulus suis ignitis verbis, ex quo D. Hieronymus, Apolog. ad Pammach. pro lib. contra Jovin. sic ait, Quotiescumque Apostolum Paulum lego, video mihi non verba audire, sed tonitrua, &c. & subdit, Quotiescumque respexeris, fulmina sunt.

Sexto ob magnam reverentiam, & venerationem, qua ejus sapientiam venerabantur omnes, quæ maxime erat apud antiquos, de quibus Philosophus loquens Isaias. 19. n. 11. qui dicebant de se: Filius sapientum ego sum, filius Regum antiquorum. Philosophi antiqui præ multo honore reputabantur, tamquam Principes populi, ac filii Regum, & hoc antiquorum, ex quo multam sibi reconciliabant venerationem, ac honorem in populo, tale nomen sibi usurpabant, ad citatum locum ait D. Thom. lect. 1. Qui quasi Principes se exhibuerant in docendo, Tanta apud illos de literatis erat æstimatio, ut à Principatu non longè aberet.

De summo principe, ac Rege ait Isaias 33. n. 17 Regem in decore suo videbunt oculi eius, & qualifiam est decor, in quo Rex est videndus? erit ne fulgor, ac splendor Regiæ majestatis, multitudo, ac amplitudo populorum? minime explicat Lucas Vellozo in Judith. cap. 1. parænet. 5. n. Est enim Doctorum assistentia, ac præsentia, & sic subdit immediatè propheta, Ubi est literatus? Ubi legis verba ponderans? Ubi Doctor parvulorum? Ubi sunt Doctores prædicatores, ac Magistri parvulorum, ibi maxime resplendet Regis decor, & omnia fiunt cum optimo moderamine, & secura pace, ut nullus sit timendi locus, & inde non debet cor tuum timorem meditari.

Cum Daniel esset captivus in Babylonia impo- suit ei Rex nomen Balthasar. cap. 5. n. 12. quod nomen erat proprium dei Babylonicæ, Balthasar secundum nomen Dei mei, cap. 4. n. 5. Sed unde fieri potuit, quod homo captivus tanto honore esset sublimatus, ut divino gauderet nomine? Daniel multa fulgebat sapientia, non solum in explicandis somniis, sed etiam in cunctis rebus agendis, disponendis, ac judicandis, & in toto cultu, ac reverentia sapientes colebant, ut tamquam divinum Numen inter homines venerarentur. D. Isidor. refutatio lib. 1. epist. 19. ait, Balthasarum in honorem explicationis appellavit, & subdit, Hinc hujusmodi apud illos vigeat opinio, scilicet ipsorum Deum, si vel duntaxat ejus nomen pronuntiaretur res miras penetrare. In hujus rei confirmationem refert Justinus lib. 2. quod Pythagoras in tanto honore fuit in Metaponto, Ut ex domo ejus Templum fecerint, eumque pro Deo colerent.

Act. 14. n. 15. Sacerdos quoque Iovis, qui erat ante civitatem, tauros, & coronas ante januas afferens cum populis volebat sacrificare. D d 2 Versiones.



Versiones

CUM EXPOSITIONE III.

35. Vers. 12. Sacerdos quoque Iovis. Syriac. Domini Dominorum quia Jupiter erat supremus Deus. Qui erat ante Civitatem; quia Jupiter in suburbanis habet suam domum, & templum, ne forte hominum tumultu fœderetur. Tauros & Coronas, Tauros nempe Coronatos & ante januam afferens ad majorem apparatus, & cultum, ut dicitur Machab. 4. n. 57. Ornaverunt faciem templi Coronis aureis.

QUÆSTIO V.

Quare Gentiles offerebant Diis suis victimas Coronatas?

36. Textus ait, quod Sacerdos Jovis ad offerendum adducebat victimas, seu tauros cum coronis, quia ut dixi in expositione Victimæ coronatæ offerebantur.

37. Corona cum sit rotunda ponitur pro symbolo totius perfectionis, ac copiæ omnium bonorum totius Regni, illiusque felicitatis, & in capitibus victimarum imponebantur, ut hoc signo Gentiles denotarent, se ipsos Deo suo non offerre, nisi perfectæ, selectæ, ac meliora ut ita suam gratitudinem testificarentur diis suis, à quibus tanta bona receperant. Valer. Maxim. l. 9. c. 1. Macrobi. Satur. c. 11.

38. Deo semper offerenda sunt meliora, Mandavit deus, Levit. 19. n. 23. Quando ingressi fueritis terram & plantaveritis in ea ligna pomifera, auferetis praputia eorum, poma, quæ germinant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis; quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Deo. Fructus quos arbores germinabant, primo, secundo, & tertio anno erant adhuc imperfecti, at vero in quarto erant plene consummati in ultima perfectione, ac maturitate, & tunc offerendo deo. Chryso. serm. de Pentecost. ait. Vide legis conditoris prudentiam, fructum primum, nec manducari permittit, ne ante Deum quisquam cum percepisse videatur, nec offerri concessit, ne Deo immaturus offeratur, quia oblatione nedum dignus est fructus, nec accipiendi convenit immaturus.

39. Adamus extitit primus fructus generis humani cur non se offert Deo cum aliquo sacrificio, ut ejus filius Abel. Genes. 4. n. 4. Adamus extitit multum imperfectus, fœdatus, ac immaculatus suo peccato, at Abel purus, sanctus, & valde perfectus, indeque ipse, & non Adamus facit sacrificium. Sic pergit citatus Chryso. Ille fructus fuerat peccato alligatus, & peccati crimine tenebatur, ideo non levatus est, licet fructus prior videatur, sed is, qui postea factus, ut discas, quod ille fructus primitias facit, qui robustus, & validus, & summa maturitate florescit.

Act. 14. n. 13. Quod ubi audierunt Apostoli Barnabas, & Paulus, concessis tunicis suis exilierunt in turbas clamantes.

Versiones

CUM EXPOSITIONE IV.

à Vers. 13. usque ad 17.

40. Vers. 13. Quod ubi audierunt Apostoli. Voces scilicet acclamantium, Dii similes hominibus venerunt ad nos; nam Apostoli Lycaoni-

cam vocem rectè intellexerunt, quamvis neget Chryso. Concessis tunicis, d. Chryso. Diruptis vestibus suis, quod solebat fieri apud Judæos in signum doioris, ac detestationis, Exilierunt in turbas, quo significatur magnus fervoris impetus a postolorum ad impediendum tam execrabilem errorem.

Vers. 14. Nos mortales sumus similes vobis. Syriac. Passionibus obnoxii sicut & vos. Oecumen. Similiter affectibus & malis obnoxii sicut vos. Factum superbiæ evitantes cognoscunt humilitatem suæ naturæ, & ab his vanis cogitationibus convertimini ad verum deum adorandum, qui tot mirabilia in generationibus præteritis, & modo vobis benefaciens de Cælo, dans vobis solem & pluviam, ac fructus in tempore suo.

Vers. 17. Vix sedaverunt turbas. Syriac. Vix compeverunt turbas, ne quis ei sacrificia et. ait Lyran. Propter pronitatem ad idololatriam. Solum de turbis hic fit mentio, nulla autem de Sacerdotibus; suspicatur Carthusianus, quod cum audierunt suum Jovem, ac Mercurium à Paulo, ac Barnaba vanum vocari, ac despici, venerationem in odium convertisse erga Paulum, ac Barnabam.

QUÆSTIO VI.

Quare isti Lycaonenses volunt aris, & sacrificiis colere Apostolos tanquam Deos?

Cum tota Gentilitatis cæcitas provenisset ex Caliquorum beneficentia, vel victoria, edificio, vel arte, videns Diabolus, quia Apostolus Paulus sanaverit claudum credidit se habere bonam occasionem ad novam idololatriam introducendam, ut sic magis perderet illos homines, & an forte posset inescare sacros Apostolos D. Chryso. homil. 1. ad popul. Antioch. sic ait Illi, scilicet, homines, Paulo, & Barnaba immolare aggrediebantur, vide Diaboli malitiam; Per quos Dominus impietates ex mundo exturbare studebat, per hos ipsam ille inducere curabat, rursus persuadens Deos homines esse putare, quod & prioribus fecit temporibus, & hoc maxime est, quod idololatria principium, & radicem introxit multi enim, qui urbes adificaverunt, ut Deos adorarent.

Maximè consideranda est alta dispositio divinæ Providentiæ. Mittit Christus D. suos discipulos in mundum, ut illius errores destruerent, Idolorum cultum everterent, eorumque superstitiones avellerent, & ait eis; Tradent vos in Concilia, & in Synagogis suis flagellabunt vos, ad Præsides, & Reges ducemini propter me. & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum, Matth. 10. n. 17. & 22. Quid agis o bone Deus? Solent Reges suos legatos quos mittunt ad nationes extraneas toto affectu disponere, ac ordinare, ut acceptabiles sint populo, ac amico fœdere cum eis uniantur, Si, Domine, tuos Apostolos tanquam legatos mittis ad omnes gentes, cur non disponis, ut ipsi sint maxime amabiles, ac charissimi omnibus, cur vis, ut habeantur in odium omnium? Ibant Apostoli magna potestate tanquam omnium beneficii ut infirmos curarent, mortuos suscitarent, & ut ab obsessis dæmones expellerent, si ipsi grati essent amabiles populis, facile, ut Dii crederentur, & eos ut Deos adorarent; totus enim error, ac cæcitas Gentilium natus est ex beneficiis hominibus, sic ait Chryso. citatus: Multi enim, qui & bella bene gesserant, & urbes adificaverunt, & aliis hujusmodi permoverant sui temporis

temporis homines, Dii à multis estimati sunt, & templis, & aris honorati sunt, & omnis Gentilium Deorum numerus ab his omnibus constatus est. Nota sequentia. Ne hoc sanctis fieret, permisit Deus ipsos continuo pelli flagellari, in varios incidere morbos ut nimia corporis imbecillitas, & tentationum turba præsentibus persuaderet, quod homines erant talia edentes miracula.

45. Mandat Deus Moysi, ut Aaronis virga recondatur, & ponatur in arca testamenti, Refer virgam Num. 17. Aaron in tabernaculum testimonii. Numer. 17. n. 10. Multis placet, quod illa virga Aaronis erat virga Moysis, qua ipse fecit tot, & tanta prodigia in Aegypto, mare fudit, hostem perdidit, ut Hebræum servet tot rerum potens virga, tot mirabilium operatrix ab oculis hominum lateat, & absconditur. D. August. ad locum citatum ait, Unde, & virga in qua tot signa fecerat, absulit, ne adoraretur. Alie debent homines cogitare de suo viro servatore, ac benefico, quando divina Providentia de Virga servatrice abscondenda disponitur.

QUÆSTIO VII.

Quare sacri Apostoli tanto impetu, ac vehementia prohibent, ne eis stant sacrificia, & altaria?

46. Scissis vestibus ostendunt magnam detestationem operum, & suam fervorem ad prohibendum tantum nefas cum Exilierunt tam ne deo debita gloria ad homines transferretur, quia soli omnipotenti Deo sacrificia debentur; tum etiam ne Lytenses tam grave scelus, tamque grande, & execrabile peccatum committerent, ac proinde in hoc facto manifestarunt sacri apostoli excellentiam suæ Charitatis, ac erga deum, & homines, tamquam duabus alis quæ datæ sunt mulieri, ut fugeret, ac tenderet in locum sibi paratum à Deo Apocal. 12. n. 14.

47. In quo maxime nitet, & resplendet summa, & excellens virtus apostolorum humilitas, qua se continent in sua Sphæra, ut se homines recognoscant, & etiam eorum eximia charitas, ut alios doceant, & illuminent, & à peccatis, ac erroribus avertant, ne hominibus honorem soli deo debitum tribuant.

48. Consi lera duos præclarissimos prophetas Moysen, & Isaiam, ille dum à Deo eligitur, & mittitur ut dux, ad liberandum Israël de Aegypto multum se excusat. Quis sum ego, ut vadam ad Pharaonem, mitte quem misurus es. Exod. 4. n. 1. At alter, scilicet, Isaias valde diversimodè se habet, nam ut vidit deum sollicitum de ministro eligendo, ut destineret ad populum, statim se offert. Ecce ego mitte me. Isai. 6. n. 8. Uterque justè, & sanctè se exhibet ut ponderat D. Gregor. Nazianz. dicens, Bonum est aliquantisper per Dei imperium detractare ut Moyses & Isaias advocantem promptè, atque impigre occurrere quemadmodum Isaias. Moyses assumebatur ad regimen, & gubernaculum totius populi; Isaias vero destinabatur, ut sua doctrina, & prædicatione populum illustraret, munderet ac purificaret à suis peccatis, Moyses ex sua humilitate retractat regiuni, clavum accipere & in supremo populi apice consistit. At Isaias ex ferventi charitate, qua de populi salute flagrabat, promptè, & omni periculo contempto se exponit, ac præsentat, ut purificationem, quam calculo de manu Angeli acceperat populo communicaret. Nicetas Nazianz

Scolastic. sic ait, Etenim Moyses impari metuens muneri sibi, suæque fragilitati prospiciebat refugiendo, Isaias autem cum remissis suis peccatis audisset, quis proficeretur ad populum hunc, atque existimaret eam ob causam nuntium quari, ut pari beneficio fruerentur illi, ad quos mitteretur præ animi letitia se ipsum offert, ut illis propter peccata remitterentur Ecce ego inquit, mitte me, quare non sine ratione ille mandatam sibi provinciam deprecabatur & hic cupide ambebat.

Act. 18. n. 8. Supervenerunt autem quidam ab Antiochia, & Iconio ludæi, & persuasit turbis, lapidantesque Paulum traxerunt extra Civitatem, existimantes eum mortuum esse.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE V.

à Vers. 18. usque ad 19.

49. Vers. 18. Persuasit turbis, nempe à Judæis, lapidantes Paulum quanta est populi inconstantia; nam Paulo ante Paulum ut mercurium divinis prosequerentur honoribus, nunc verò sacrilegum ac blasphemum lapidibus obrunt. Paulus lapidaverat Stephanum. Act. modo ipse lapidatur, & appositè id patitur, quod alteri irrogavit. Traxerunt extra Civitatem, protruserunt extra Civitatem, tanquam mortuum ne mortuo contra minaretur Civitas.

50. Vers. 19. Circundantibus autem discipuli ut eum tanquam mortuum sepelirent, ut ait Cajetan. vel ut absconderent, & protegerent à Judæis ut vult Lyranus, Postera autem die, divinitus restituta sanitate à tam dira, ac crudeli lapidatione, ut observant Carthusian. Lyran & alii ipse cum Barnaba se conduxit verben, ubi multos docuerunt, & confirmarunt in fide.

QUÆSTIO VIII.

Quare per multas tribulationes, & labores intrandum est in regnum Cælorum?

51. Hunc locum tractans D. Hieronymus epist. ad Ocean. de ferendis opprobriis. ait Si per multas tribulationes quibusdam cæcis regni aditus aperitur, illis utique clauditur qui nolunt sustinere, vel paucas. Clavis nobis aperiens regnum Cælorum est tribulatio; pressura, quod in supremo nostro capite Jesu videmus, qui de se dixit ad suos discipulos, O stulti, & tardi corde ad credendum nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam. Luc. 24. n. 27.

52. primò, quod alta Dei providentia ita est ordinatum; quia præsens vita laboribus plena est, & illis pro deo patienter toleratis componitur corona ad gloriam. Secundo, quia innumeris nobis sunt inimici, qui nos undique opprimunt, & vexantur, quibus si benefeceris Deus erit tibi eximius benefactor. Tertio quia his laboribus virtus magis fovetur, stabilitur, ac radicatur. Quarto, qui hoc nitro, & livio peccata mundantur, abluuntur, & extinguuntur, quia his expiantur, ac satisfatiuntur peccata, ut minor fortè sit pœna in altera vita, ac Purgatorio.

54. Sexto, quia ita dispositum, & ordinatum est à deo ut hæc sit trita, ac communis via per quam ascenditur, & ingreditur ad regnum Cælorum. Dicebat Dd; Joannes